multa didicit enarrabit intellectum.
Qui non est expertus pauca recogno-
scit. qui autem in multis factus est. mul-
tiplicabit maliciā. Qui temptatus nō
est. qualia scit? Qui implanatus est.
abundabit nequicia. Multa vidi enar
rando: ⁊ plurimas verboꝝ consuetudi-
nes. Aliquotiens vsqꝫ ad mortem peri-
clitatus sum horum causa: ⁊ liberatus
sum gratia dei. Spiritus timentiū deū
queritur. ⁊ in respectu illius benedicet.
Spes enim illoꝝ in saluantem illos: ⁊
oculi dei in diligentes se. Qui timet do
minū nihil trepidabit: ⁊ non pauebit:
quoniam ipse est spes eius. Timentis
dn̄m beata est anima eius: ad quem re
spicit: ⁊ qui est fortitudo eius. Oculi do
mini sup timentes eum: protector potē
tie. firmamentū virtutis. tegimen ardo-
ris: ⁊ vmbraculū meridiani. deprecatio
offensionis. ⁊ adiutoriū casus. exaltās
animā: ⁊ illuminans oculos. dans sa-
nitatem ⁊ vitam ⁊ benedictionē. Im-
molantis ex iniquo oblatio est macula-
ta: ⁊ non sunt beneplacite subsannatio-
nes iniustoꝝ. Dn̄s solus sustinētibus
se ī via veritatis ⁊ iusticie. dona iniquo-
rū nō ꝓbat altissimus nec respicit in ob
lationes iniquoꝝ: nec in multitudine sa
crificioꝝ eoꝝ ꝓpiciabitur peccatis. Qui
offert sacrificium ex substantia paupeꝝ
quasi qui victimat filium in conspectu
patris sui. Panis egentium vita pau-
peris est: qui defraudat illū. hō sangui-
nis est. Qui aufert in sudore panem q̄si
qui occidit ꝓximū suum. Qui effundit
sanguinem ⁊ qui fraudem facit mercen
nario fratres sunt. Unus edificans ⁊
vnus destruens. quid ꝓdest illis nisi la
bor? Unus orans ⁊ vnus maledicens
cuius vocem exaudiet deus? Qui bap
tizatur a mortuo ⁊ iterum tangit mor-
tuum: quid ꝓficit lauatio illius? Sic
homō qui ieiunat in peccatis suis ⁊ ite-
rum eadē faciēs: quid ꝓficit hūiliando
se? Orationem illius quis exaudiet?

Qui conseruat legē: XXXV
multiplicat orōnem. Sacrifi-
ciū salutare est attendere man
datis: ⁊ discedere ab omni iniquitate: ⁊
ꝓpiciationē litare sacrificijs super iniu-
sticias: ⁊ depcatio pro peccatis recede-
re ab iniusticia. Retribuet gratiam qui
offert similaginē: ⁊ qui facit misericor-
diam offert sacrificium. Bn̄placitū est
dn̄o recedere ab iniquitate: ⁊ depcatio
ꝓ peccatis recedere ab iniusticia. Non
apparebis ante conspectū dn̄i vacuus.
Hec enī omīa ꝓpter mandata dei fiunt.
Oblatio iusti impīguat altare: ⁊ odor
suauitatis est in cōspectu altissimi. Sa-
crificium iusti acceptū est: ⁊ memoriā
eius nō obliuiscet dn̄s. Bono aīo glo-
riā redde deo: ⁊ nō minuas primitias
manuū tuaꝝ. In omni dato hilarē fac
vultum tuū: ⁊ in exultatione sanctifica
decimas tuas. Da altissimo ſm dona-
tū eius: ⁊ in bono oculo adinuentionē
facito manuū tuaꝝ q̄m dn̄s retribuens
est: ⁊ septies tm̄ reddet tibi. Noli offer-
re munera praua non enī suscipiet illa.
Et noli inspicere sacrificiū iniustū: q̄m
dn̄s vindex est: ⁊ nō est apud illū glo-
ria ꝑsone. Nō accipiet dn̄s ꝑsonam in
pauperē: ⁊ depcationem lesi exaudiet.
Nō despiciet p̄ces pupilli nec viduam
si effundat loquelā gemitus. Nōne la-
chryme vidue ad maxillā descendūt: et
exclamatio eiꝰ sup deducētē eas? A ma-
xilla enī ascendūt vsqꝫ ad celum: ⁊ dn̄s
exauditor non delectabit in illis. Qui
adorat deū in oblectatione suscipiet. et
depcatio illius vsqꝫ ad nubes ꝓpinqua-
bit. Oratio humiliantis se nubes pene
trabit: ⁊ donec ꝓpinquet nō cōsolabit: ⁊
nō discedet donec altissimꝰ aspiciat. Et
dn̄s nō elongabit. sed iudicabit iustos
⁊ faciet iudiciū: ⁊ fortissimꝰ nō habebit
in illis patientiā. vt cōtribulet dorsum
ipsoꝝ: ⁊ gentibꝰ reddet vindictā: donec

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0950
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG